

beneficium simplex, concurrendum aliud impedimentum, quod est beneficium pluralitas, quae quidem in regularibus speciale incompatibilitatem habet, ut dicimus num. 82. Atque ita re late utrinque disputata sustinet Ioann. Andr. regul. qua. a iure. a numero 5. usque in fin. de regulis iuris in 6. & c. si religiosus. num. 1. de elec. in 6. ubi Anchar. num. 3. Dominicus in princip. num. 6. Francus eodem princip. num. 1. notab. 2. idem Dominicus c. finali. num. 1. d. 58. Graffius 2. p. decisionum. lib. 3. c. 20. num. 12.

78 Nec potest Praelatus monachum habilem facere ad duo sui ordinis beneficia. Constat ex c. cum singula, in princip. de prebend. in 6. ibi. Prohibemus, ne aliqui religiosi pluribus Prioratibus, aut Ecclesiis absque Sedis Apostolicae auctoritate praese presument, nisi unus ex eis ab aliis dependeat. vel ad unum beneficium regulare, ad duo habere possit habere unum beneficium regulare, ad duo habere nequit: immo nec cum vno beneficio potest simul habere capellam, aut pensionem, vel portionem regularem; quia quodlibet beneficium est incompatible monacho cum primo. Atque idem dicendum est, etiam si duo beneficia vellet habere, nisi ea beneficia dependeat ab vno, & eodem monasterio, quia tunc non subest diversitas, sed vni soli; aut nisi essent connexa, vel vnita, in quibus casibus nulla est opus dispensatione, ut constat ex d. c. cum singula. Et ita docent Rebuffus praxi beneficiorum. tit. de dispensatione cum regularibus facta, num. 8. 9. & 10. Nauarr. comm. 4. num. 23. in. de regularibus. Manuel 99. regular. tom. 1. quae. 34. ar. vltim. Azor tom. 1. instit. moral. lib. 12. c. 2. 2. sine. Addunt Rebuffus num. 9. Nauarr. Manuel ibidem, nec Pontificem solum esse dispensare, vt regularis duo sui ordinis beneficia in titulum retineat, sed vt vnum in titulum, & alterum in commendam.

79 Quod si regularis habens parochialem Ecclesiam, petat alteram sibi commendari, & Pontifex in signatura dicat, fiat, vt conceditur, vt petitur, in titulum, tenebitur dimittere priorem, & habebit posteriorem in titulum: quod absque expressa dispensatione nequeat duas Ecclesias in titulum habere. Sic Rebuffus praxi beneficiorum. tit. de dispensatione cum regularibus facta. numero 12. & 13. & Manuel 99. regular. tom. 1. quae. 34. art. 9.

80 Verum si dispensetur cum regulari, vt simul cum Prioratu, vel alio regulari beneficio possit habere aliud seculare simplex, aut curatum, si sibi legitime conferatur, nequit ordinarius commendare beneficium seculare illi, quia non datur beneficium seculare in commendam regulari etiam a Pontifice, nisi expressis sit in signatura concessum. Nec in titulum ordinarius dare potest, quia duo non dantur in titulum regulari, nisi in dispensatione exprimat. Rebuffus ibidem, numero 14. & 15. Manuel ibidem.

81 Nec si dispensetur a Papa cum regulari ad beneficium seculare curatum, poterit virtute illius dispensationis obtinere simplex: quia multo difficilius, & maius est, regularem obtinere beneficium seculare simplex quam curatum; quippe huius est capax absque dispensatione, vt diximus num. 35. Quare dispensatio operabitur tunc ad tollendas diuersas huius capacitatis opiniones. Illius autem est incapax, nisi ex sola Pontificis dispensatione. Sic Felinus cap. postulatus. num. 8. vers. unde dicitur de rescriptio. Chassaneus consil. 39. n. 61. Rebuffus praxi beneficiorum. tit. de commendam. n. 47. Mandolius in signatura gratia. tit. de dispensat. monachorum pro obtinendis beneficiis. vers. non mandam. Subdit autem Rebuffus eo num. 47. fecus esse si dispensetur cum monacho ad regularia alterius monasterii beneficia: quia possunt ei conferri tam regularia cum cura, quam sine illa, quod ex persona sua sit illorum capax.

82 Ex his deducitur primo, subreptitiam esse dispensationem, si regularis etiam Episcopus factus impetraret dispensationem Abbatibus alterius ordinis, tacita monachorum qualitate: quia specialiter est regularibus inter-

dicta haec pluralitas, vt diximus n. 78. & ideo oportebat, vt Pontifex de ea qualitate certior factus dispensaret in hac speciali prohibitione. Et ita docet Rebuffus respons. 14. lib. 1. vt cum refert, & sequitur Manuel 99. regular. tom. 2. quae. 58. art. 5.

Secundo deducitur, impetrationem beneficij regularis factam a seculari, vt valida sit, indigere expressione qualitatis beneficij, & personae impetrantis, quod sit specialis incapacitas in seculari ad beneficium regularem. Sic Baldus l. fideicommissa. §. si seruo. num. vnic. ff. de legat. 3. Felinus c. in nostra. corol. 40. num. 41. in. de rescript. Selua beneficiorum 3. p. quae. 11. num. 122. Hojeda de incompatibilitate beneficiorum. 1. p. quae. vltima. n. 93. Atque eadem ratione erit subreptitia impetratio beneficij secularis irregulari facta, non expressa Pontifici qualitate beneficij, & impetrantis. Sic Felinus eodem corol. 40. num. 44. notab. 8. Selua beneficiorum eadem quae. 11. num. 127. Flaminius de rescript. benefic. lib. 4. q. 5. num. 4. Atque haec procedunt, etiam in ea concessione adit clausula, motu proprio: quod haec clausula non supplet personae inhabilitatem, nec operatur, quando tacetur qualitas intrinseca beneficij, vt probauimus lib. 8. de matrim. disp. 21. num. 49. & duplici sequenti. Atque ita docent Baldus, Felinus eo num. 41. in. Selua beneficiorum eo num. 122. Hojeda, & Flaminius locis allegatis.

Tertio deducitur posse regularem constitui coadiutorem Episcopi, aut parochi ex sola superioris sui licentia: quippe cum virtute officij principalis sit capax absque dispensatione, erit subinde coadiutoris virtutis, seu in vtroque; tunc enim virtutis munere fungetur. Sic Abbas c. finali. n. 4. de cleric. exort. & ibi Cardin. q. 10. num. 9. & Clem. 2. q. 17. n. 18. de rescript. Azor tom. 2. instit. moralium. lib. 3. c. 1. q. 8. & e contra nequit absque dispensatione creari coadiutor in eo beneficio, cui principaliter absque dispensatione praese nequit. Sic Abbas ibidem, Cardin. eodem c. finali. n. 9. q. 11.

Quamuis autem regularis sit incapax beneficij secularis, si tamen illud possideat ex titulo aliquo colorato, si spoliatur possessione, est ante omnia restituendus, donec audiatur, ac vitium tituli probetur, quod regularis non sit omnino incapax huiusmodi beneficiorum, vt sunt laici, sed fit incapax tituli, non autem possessionis. Quare haec spoliatus, est restituendus. Sic tradunt Felinus c. in nostra. corol. 40. num. 40. notab. 6. de rescriptis. Selua beneficiorum 3. p. quae. 11. num. 128. Staphyleus de literis gratis. tit. de variis modis vacationis, in 6. vacationis modo. num. 7. & refert decisionem Roxe.

Sed tandem dubitabis, an regularis possidens titulo colorato beneficium seculare simplex, aut secularis regulare pacifice per triennium, inuenerit regula Cancelariae de triennali, & sic possit postea id beneficium retinere. Sic autem habet ea regula de triennali: ordinarius Dominus noster, quod si quis quacumque ecclesiastica beneficia, qualiacumque sint, absque simoniaci ingressu, ex Apostolica, aut ordinaria collatione, aut electione, & electionis huiusmodi confirmatione, seu presentatione, & institutione illorum, ad quos beneficiorum huiusmodi collatio, praesens electio, & presentatio, seu quaevis alia dispositio pertinet, per triennium pacifice possiderit, dummodo in beneficiis, si dispositioni Apostolicae ex aliqua reservatione generalis in corpore iuris clausula reservata fuerit, se non intulerit, super huiusmodi beneficiis taliter possessis molestari nequeat, nec non imperationes ipsas de beneficiis sic possessis factas, irritas, & inanes censeri debere decreuit, antiquas lites super illis motas prius extinguendo. Azor tom. 2. instit. moral. lib. 7. c. 35. q. 1. sustinet hos non iuari haec regula, & sic quantumvis pacifice triennio possiderint, posse molestari, referunt pro se Rebuffus de pacificis possessis, qui a num. 162. latissime probat regulam illam solos eos iurare, qui alias beneficiorum eorum sunt capaces. Quare cum hi beneficiorum illorum incapaces sint, iuari nequeunt haec regula.

Sed quocumque sit de illius generalis fundamenti veritate,

veritate, quod non habet paucos contradicentes, eo quod in regula illa soli simoniaci in beneficio acquirendo, & intrusi excipiantur; & ideo contradicunt Rebuffus, Philippus Probus addit. ad Cosmam, Pragmatica sanctio tit. de pacificis possessis, super verb. molestari, glossa 3. Ludouicus Gomez, regula de triennali, quae. 26. dicens ita quotidie feruari in Rota sine aliqua dubitatione, & quae. 27. & 28. Parisius conf. 96. numero 2. volumine 4. Nauarr. cap. si quando excepti. 10. numero 9. de rescriptis. Quocumque (inquam) sit de huius fundamenti veritate, esto demus esse verum, adhuc dicendum est, illum regularem, & secularem triennio pacifice possidentes iuari hac regula, & ita deinceps non posse molestari. Et ratio est, quia, vt diximus numero 87. hi non sunt omnino huius beneficiorum incapaces, sed solius tituli veri: quare cum titulum coloratum habeant, iuuantur possessione dicta triennali, cuius capaces sunt; & ita in propriis terminis sustinet Rebuffus eo tract. de pacificis possessis, numero 139. & numero 259. Quod si opponatur cap. cum de beneficio, de prebendis, in 6. vbi quadragenaria praescriptio petitur, vt beneficium sit regulare, aut seculare; & respondet optime Rebuffus eo numero 139. eam quadragenariam praescriptionem exigi, vt alteretur natura beneficij transeundo ex seculari in regulare, vel e contra: fecus autem vt possessori retinere valeat; ad id enim sola triennalis praescriptio sufficit: & ideo si non fuerit dicta quadragenaria praescriptio, mortuo illo triennali possessore, non poterit id beneficium seculare dari iterum regulari, nec regulare seculari.

88 Sed maior difficultas est, an hi iuuentur triennali ea possessione in foro conscientiae? Quidam asserunt eam regulam in solo foro exteriori procedere denegando in illo actionem. Ducuntur ex verbis regulae ibi; super huiusmodi beneficiis taliter possessis molestari nequeat, nec in ea regula dicitur, vt liceat retinere. Ergo manifeste sola actio in foro exteriori denegatur. Sic tradunt Cosmas, Pragmatica sanctio tit. de pacificis possessis, super verb. triennium, & verb. molestari. Couarr. regul. possessis. 2. p. §. 10. n. 10. concl. 7.

89 Sed multo verior sententia est, tutum esse in vtroque foro possessorem hunc triennale. Ducor, quod illud triennium statum sit in illa regula ad legitimam beneficij praescriptionem. Ad legitimam praescriptionem tutum reddit in vtroque foro possidentem. Secundo, quia ea regula edita est ad lites, scrupulosque possidentium vitandas. At si solum procedit in foro exteriori denegando actionem, neutrum vitabitur. Non scrupuli, quia possessor scrupulos vitabitur, an prior titulus fuerit legitimus, cum possessione triennali se non iuari in foro conscientiae nouit. Non lites, quia etsi iure actionis nihil possit inentari contra possidentem; at via denunciationis euangelicae tantquam iniustus possessor, & proinde in peccato lethali constitutus, poterit denunciari Praelato. Nec obstat ratio contraria, quia ex intentione statueris regulam illam, colligitur aperte sensum illorum verborum esse, vt talis possessor nullatenus molestari valeat, eo quod prius tituli vitium abolerit pacificae illa triennali possessione, qua verus titulus, tantquam legitima praescriptione acquiritur. Et ideo haec partem sustinet Glossa antiqua, quae est Guillelmi de Monte ferrato regul. de triennali, Philippus Probus addit. ad Cosmam, Pragmatica sanctio tit. de pacificis possessis, super verb. coloratum. glossa 13. Rebuffus de pacificis possessis, a numero 7. usque ad 28. affertens ita teneri a Praetoribus Gallicanis, quae Parlameta vocantur, Ludouicus Gomez regul. de triennali, quae. 42. Nauarrus libro 3. consil. in 1. editio. tit. de prebendis. consil. 41. fin. & 103. 42. in Summa Th. Sanchez. part. 1. l. 1.

2. tit. de parochiis. consil. 2. fin. & tit. de prebendis, toto consil. 30. Azor tom. 2. institutum moralium. libro 7. cap. 35. quae. 9.

Sed adhuc restat disputandum, an exigatur bona fides in hoc possidente triennio ad praedictam praescriptionem. Quidam negant exigi. Ducuntur, quia per hanc regulam aliquid de nouo inducitur vitra ius commune. At nihil operaretur, nec de nouo induceret, si ad eam exigeretur bona fides. Item, quia regula tantum petit titulum coloratum, & duos casus male fidei excipit, scilicet simoniacum, & intrusum in beneficium vacans apud Sedem. Item, quia in temporalibus in praescriptione agitur de maiori praerudicio, cum per praescriptionem verum ius, & dominium acquiritur: & sic non mirum quod requiratur bona fides. At per hanc regulam tantum acquiritur possessio ad vitam possidentis duratura. Sic Ludouicus Gomez regul. de triennali, quae. 42. & dicit bis in Rota sic esse decum, & ait hanc exceptionem etiam mala fide post triennij possessionem reddere tutum etiam in foro conscientiae possidentem: quia Papa ad vitandas lites, & scrupulos hoc porit facere; immo & dare verum ius, & dominium propter plenissimam in beneficialibus potestatem, quam habet. Idem Couarr. regul. possessis. 2. p. vbi. §. 10. numero 10. at dicit non reddere tutum in conscientia.

Sed verius est exigi bonam fidem, quia non est credibile velle Papam fauere peccanti, ac male fidei possessori. Item, quia regula generalis est, male fidei possessorem nullo tempore praescribere. cap. possessor. de regulis iuris, in 6. quod etiam in spiritualibus procedit, vt bene Glossa cap. conuincit de dolo, & contum. verb. constituitur. Nec obstant contraria: nam ad primum dico, requisita bona fide aliquid de nouo induci, quia ea regula secula post possessor post triennium molestari, nec vitium tituli debetur. Nec obstat etiam secunda casibus, nempe, si possessor ille existimare validum esse beneficij titulum, non obstante illo peccato, & adhuc simoniacus, & intrusus ratione excipitur huius non inuauentur hac regula. Et ideo hanc partem sustinet Guillelmus, quem refert Ludouicus Gomez ea quae. 42. affirmatque Roman re sapientius disputata, nunc in hanc, nunc in alteram partem inclinasse. Rebuffus de pacificis possessis, num. 28. Nauarr. lib. 3. consil. in 1. edit. tit. de prebendis. consil. 41. fin. in 2. tit. de parochiis. consil. 2. fin.

Vltima difficultas est, an regularis sit capax pensionis habendae? Quidam asserunt posse licite monacho constitui pensionem ex sui Abbatis consensu, non vt habeat tanquam propriam, sed pro suis necessariis vsibus; & probant ex cap. nisi, de prebendis, vbi alteri ex electis in Priorem monasterij soluitur pensio ex fructibus Capituli, & Prioratus. Praeterea, quia quamuis seruus proprii habendi incapax sit, potest tamen ex permissione domini peculium aliquod habere. l. 4. de manumissis, & l. quam Tiberonius, ff. de peculio. Sic docent Innocentius eo cap. nisi, numero vnic. paulo post princip. & ibi Hostiensis numero 4. Ioannes Andreas numero 3. Antonius monero 12. Ancharanus numero 7. opposit. 3. Cardinalis numero 5. opposit. 1. Gambara de auctor. legum a latere. numero 260. & 273. Sed factis confusis loquuntur; & aperte videtur loqui, id est coram regulari, vt inde necessarius quibus prospiciat, de quo non est praesens quaestio, quia satis de hoc egimus cap. 22. & 23. Sed praesens quaestio est de vera, & propria pensione, quia est ius quoddam certa pariter redditum ex beneficio alterius exigenda. At vt reddidit tenere hanc partem Gygas de pensionibus. quae. 15. statim a princip. vbi ait integrum esse regulari

regulari habere annum pensionem super fructibus monasterij, vel beneficij ex sui Abbatis licentia, dummodo ad nutum eius sit reuocabilis: fesus quando irreuocabilis esset; tunc enim ait exigi Pontificis licentiam.

93 Alij dicunt religiosum non esse incapax pensionis huius proprietate dicta abque Pontificis autoritate. Probant, quia religiosus est incapax habendi proprij, & usufructus in aliqua re. Sic Azor tomo 2. institutionum moralium libro 8. cap. 7. quast. 11. & tomo 1. libro 12. cap. 9. quast. 9.

94 Prima tamen conclusio sit. Regularis est incapax pensionis obtinendae super beneficio seculari siue simplici, siue curato, abque Romani Pontificis dispensatione. Ducor primo, quia quicquid sit de iure, quo attentio, multi Doctores affirmant posse pensiones per Episcopum ex iusta causa constitui, quos refert, & sequitur Gygas de pensionibus, quastione 6. numero 2. & 3. & alij multi, quos refert Azor 2. tomo institutionum moralium libro 8. cap. 6. quastione 1. at attentio Romanae Curiae vti, proprie, & vere pensiones, quibus beneficia ipsa onerantur ad certam reddituum partem alteri dandam, sola Pontificia autoritate concedi possunt, vt testatur Sorus libro 9. de iustitia, quastione 7. art. 2. columna 2. vers. 2. conclus. Toledo libro 5. summa. cap. 83. numero 2. Aragon 2. quastione 100. artic. 4. solut. 1122. columna 2. conclus. 3. Ludouicus Lopez 1. parte instruat. conscientia. cap. 303. columna 7. vers. pro resolutione. Manuel 2. tomo summa. cap. 65. numero 6. Azor dicens exploratissimum esse, & extra omnem controuersiam eodem cap. 6. quastione 1. vers. extra omnem controuersiam. Secundo ducor, quia incapax beneficij, est incapax quoque pensionis, vt probauimus libro 2. vbi an haeretici pensiones amittant, egimus. Sed regularis est incapax beneficij secularis simplicis, nisi Pontifex dispenderit, vt diximus numero 75. ergo erit quoque pensionis super illo constituta: & ita tenet Thomas Zerola in praxi Episcopali. parte 1. verb. beneficium, statim in princip. vers. 5. & quamuis sit capax beneficij curati secularis, id tamen contingit ex indulgentia iuris fauore curae animatum, qui cum non reperitur in pensione constituenda, non erit capax pensionis super beneficio curato.

95 Secunda conclusio. Nec etiam est capax pensionis super beneficio regulari sui monasterij constituta abque Pontificis dispensatione. Ducor ex ratione priori conclusionis praecedentis, & ex Clementina vnic. de suppleta negliget. Praelator. vbi decernitur, beneficia haec regularia non posse ab Abbatis suis beneficiis vniri, nec nouis pensionibus onerari. Item, quia Archidiaconus cap. finalis. numero 2. de officio ordinarij, in 6. ait non posse Abbatem imponere pensionem super Prioratu habente bona distincta à bonis monasterij, vel habente ius spirituale annexum; & Bonifacius Clement. vnic. 8. eadem. numero 2. de suppleta. negliget. Praelator. ait non posse imponi ab Abbate nouam pensionem beneficio sibi subdito.

96 Tertia conclusio. Iusta causa est necessaria, vt licite pensio constitutur. Hanc statuo contra multos iurisperitos, quos refert, & sequitur Gygas de pensionibus, quastione 6. numero 7. & quos refert Pinellus infra allegandus, dicentes Pontificem posse ad libitum de fructibus cuiuscumque beneficij disponere, eo quod sit beneficiorum dominus, vt probat textus cap. 2. de prebendis, in 6. & Clementina. 1. in fin. vt licet pendet. vbi dicitur, Pontificem habere summam, & liberam potestatem in beneficijs. Probatur nostra conclusio primo, quia verissima sententia habet, Pontificem non esse dominum beneficiorum, ac eorum fructuum, sed dispensatorem; quod constat ex illo D. Pau-

li 1. ad Corinth. 4. Sic nos existimes homo, vt minister Christi, & dispensatoris mysterium Dei. Insuper quia si esset dominus, posset cuius etiam indignissimo beneficium conferre, nec esset acceptor perditionum. Et ideo cum non esse dominum tenent D. Thomas 2. 2. quastione 100. artic. 1. ad 7. & quastione 65. artic. 1. ad 1. vbi & Caietanus, Gabriel lectio 18. in canonem Missae. Gerfon 2. parte. alphabeta 24. littera T. Sorus libro 3. de iustitia. quastione 6. artic. 2. ad 5. Metina quastione 3. de restitutione. cap. 11. vers. verum. Pinellus plurimos referens rubric. C. de rescindend. vendit. 1. parte. numero 29. & 30. Sarmiento libro 1. selectarum. cap. 8. numero 25. Corduba libro 1. quastionarij. quastione 21. puncto 2. Nec obstant textus in contrarium adducti, quia (vt optime explicat Azor tomo 2. institutionum moralium, libro 6. cap. 12. quastione 7.) sensus est, vt sit administratio Pontificis libera, id est, non adstricta canonibus, & legibus scriptis, quales habent ceteri Praefules. At eam habet legibus iuris naturalis, vel diuini allegatam: sicut ipse Pontifex legibus ecclesiasticis solutus est, non autem naturalibus, vel diuinis. Et ideo nostram conclusionem sustinent Victoria lectio 1. de simonia. numero 50. Sotus libro 9. de iustitia. quastione 7. artic. 2. ad finem. Nauar. de redditib. eccl. quastione 3. numero 21. Alaba de Concilijs. 2. parte. §. 21. Corduba proximè allegatus, Toledo libro 5. summa. cap. 83. numero 3. Azor tomo 2. institutionum moralium, libro 8. cap. 5. quast. 8.

Sed maior difficultas est, an ea pensio abque iusta causa per Pontificem concessa sit valida, ac proinde possit tuti conscientia teneri? Toledo n. praeced. allegatus negat, loquiturque vniuersaliter de quocumque pensionario. Ducitur, quod dispensator, seu oeconomicus nequeat valide abque iusta causa disponere. At probabilis est, factum tenere, ac proinde possidentem esse tutum; atque sic loquentes generaliter de pensionariis, ultra iurisperitos relatos n. praecedenti, docentes etiam licite id posse Pontificem, tradunt Corduba libro 1. quastionarij. quastione 18. col. antepenultim. ad 2. argument. & quastione 21. puncto 2. ante dubium 1. Azor tomo 2. instit. moral. libro 8. cap. 6. quastione 8. qui id probat; nam dando abque iusta causa non peccat contra ius naturale irritans factum, sed contra iura humana interdientia beneficium cum diminutione conferri. At facta à Pontifice contra ius humanum, valida sunt.

Quamuis autem hoc ita sit in ceteris pensionariis, 98 at in religioso est specialis ratio, vt dicamus eum non esse tutum in conscientia, retinendo pensionem & Pontificis sibi concessam, quando constaret deesse legitimam causam. Quod bene docet Azor tom. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 9. quast. 9. quod sit quaedam relaxatio voti paupertatis iure diuino naturali obligantis: vbi etiam bene subdit esse iustam huius concessionis causam, si religiosus ille vir sit, cuius opera Romana Pontifex vti velit; aut de Ecclesia benemeritus, aut senio confectus, & graui valetudine vrens. Similiter erit iusta causa paupertas, vt in vniuersum affirmat Toledo lib. 5. summa. cap. 83. n. 4. in 7. causa, quod bona Ecclesiae etiam pauperibus obtinunt. Huiusmodi autem paupertas esset, si magna indigentia religiosus ille premeretur, monasterio non suppeditante sibi necessaria. Quod si deductis victui necessarijs superesset aliquid illi ex redditibus pensionis, bene docet Azor ibi expendendum in opera pia: quippe, etsi id in Pontificia facultate minime exprimitur, ac cum non detur illi, nisi ad victum necessarium, videtur tacite intellectum, vt quod superest, expendat in vltus pios, quos maluerit. An verò possit à Praelato postea auferri, dicemus numero 114.

Vltima

Vltima conclusio est. Si loquamur de impropria pensione, quae scilicet non imponitur beneficio, sed ipsi beneficiario, existimo posse Praelatum regularem conferentem monacho beneficium regulare, imponere illi ex iusta causa pensionem soluendam alteri monacho eiusdem monasterij ad nutum suum reuocabilem. Atque in hoc casu intelligo loquitos Doctores relatos numero 92. ad cuius intelligentiam obseruandum est (vt optime explicat Azor tomo 2. institutionum moralium, libro 8. cap. 6. quastione 1. vers. extra omnem controuersiam) aliud esse ipsi beneficiario pensionem imponere, aliud verò ipsi beneficiario. Quippe in priori casu beneficium non est eo onere affectum, sed persona; & ideo translatio beneficii in alium, cessat onus. At in posteriori imponitur beneficio id onus; atque ideo in quemcumque eum illo transit, dum pensionarius superest. Hoc supposito, probatur conclusio: quia etsi Episcopus nequeat iure pensiones beneficijs imponere; at possunt ex iusta causa imponere ipsi beneficiario, vt ex multis probat ibi Azor. Ergo similiter id poterit Abbas conferens beneficium regulare suo religioso. Insuper, quia cum religiosus ille maneat sub Abbatis obedientia, atque ex licentia tamen ipsius expendat eius beneficij fructus, potest Praelatus ex iusta causa illi imponere, vt partem fructuum det monasterio, aut alij religioso. Et hoc idem tanquam probabile, & rationi satis consonum admittit etiam Leonardus libro 2. de iustitia. cap. 41. dubio 11. numero 94. alijs verbis, ait enim: Etsi nequeat Praelatus regularis imponere pensionem sui beneficijs, at vbi inferior fructus aliquos percipit, quos in sua Ecclesia commadum non erit imperjuris, non est à ratione alienum, vt Praelatus de illis possit statuere, vel prescribere modum expendendi; quamuis dicat contrarium esse probabile, quod non credo. Similiter bene ait ibi, vbi religiosus amoris fuerit, eum non habere amplius administrationem; vnde si quid pecuniae secum attulerit ad monasterium, subest dispositioni Praelati. Hac ibi.

SVMMARIVM.

An nouitij sint capaces beneficij secularis, & pensionis? numero 100. Quid de religiosjs Societatis I x v, qui sola biennij vota emiserunt? n. 101. Quid de militibus commendatarijs? Refertur quadam sententia. n. 102. Sententia auctoris. n. 103. Post numerum 103. inueniunt alia summaria.

100 Quarta quastio est. Qui comprehendantur nomine religiosorum, vt incapaces sint beneficij secularis, & pensionis. Et quidem si de nouitjs religionis agamus, satis dictum est supra, vbi an vacet tyronis beneficium.

101 De religiosjs autem Societatis I x v, qui etiam sola vota biennij emiserunt, non potest esse dubium, quin etiam sint incapaces beneficium seculare, & pensiones obtinendi, instar aliorum religiosorum: quia etsi solis votis simplicibus restricti sint, non sunt tamen minus religiosi quam professi cuiuscumque religionis. At prohibito omnes religiosos comprehendit. Vtrum autem possint habere beneficium curatum, cuius alij religiosi sunt capaces, diximus numero 36. & vtrum beneficia, vel pensiones, quae antea habebant, vacent iis votis, diximus numero 3.

102 De militibus autem commendatarijs S. Iacobi, Alcantarae, Calatranae, & D. Ioannis, & alijs huiusmodi summè Th. Sanchez pars 111.

modi militibus difficultas est. Nauar. libro 3. consiliorum. tit. de regularibus, in 1. editione, consil. 27. numero 9. in solutione ad 2. in 2. consil. 10. numero 9. eadem solutione ad 2. clare supponit hos omnes esse incapaces beneficij secularis, & pensionis, sicut alios religiosos. Idem supponunt Mandolus de signatura graua. tit. dispensatio monach. pro obtinendis beneficijs, in fin. Manuel quastionum regularium tomo 2. quastione 34. art. 5. dicit enim his non solere concedi dispensationem ad obtinenda beneficia secularia, seu regularia alterius ordinis: & Gambara de officio, & potestate legati. libro 6. numero 244. refert hac re discussa in Rota maiorem partem in ea fuisse sententiam, vt equites D. Ioannis sint pensionis incapaces. Ratio autem est, quia hi omnes sunt religiosi, & maxime milites D. Ioannis, cum tria vota solemnia instar aliorum religiosorum emittant. Et Gonzalez in regula 8. Camellaria. glossa 8. numero 42. dicit non posse religiosus S. Ioannis conferri beneficia secularia, & citat Lambertinum de iure patronatus. 2. parte. lib. 1. quastione 7. art. 5. & 6.

Ceterum existimo, hos omnes esse capaces beneficij secularis, & pensionis, nec prohibitionem de his intelligi. Ducor, quia etsi religiosi sint, non omnino mutant statum, & retinent proprios redditus. Atque ita loquens de militibus D. Ioannis, & de pensione, siue ea sit beneficium, siue quod temporale, docet Gambara eodem libro 6. numero 269. & refert numero 254. in illa consultatione Rorae aliquos fuisse huius sententiae: & Azor tomo 1. institutionum moralium, libro 13. cap. 3. quastione 2. ad fin. ait, eos qui tria substantialia religiosus vota emittunt, sed paupertatis ita laxae, vt iuxta regulam professionem propriam habere possint, esse capaces beneficij secularis, & pensionis.

SVMMARIVM.

Beneficium aliud perpetuum, aliud manuale. Beneficia secularia sunt communiter perpetua, & raro manualia: è contra autem de beneficijs regularibus. numero 104. An in impetratione beneficij regularis, aut secularis, vt valida sit, oporteat exprimere, an id sit manuale, aut perpetuum? n. 105. Beneficium manuale an sit propriè beneficium, & comprehendatur sub Pontificia beneficiorum reservatione, vel concessio alicui beneficij? n. 106. An beneficia manualia vacent superiore renouante, aut per mortem possidentis? n. 107. Beneficia manualia quando sint collatiua, & quando electiua; & an possint à solo Abbate abque consensu conferri? num. 108. Quotupliciter beneficium & pensio seu pecuniam possit à monacho possideri? n. 109. An quando haec ex concessione Abbatis abque ulla Pontificis confirmatione possidentur à religiosjs, possint abque ulla causa ad nutum Abbatis auferri? Proponuntur probantia partem negatiuam. n. 110. Explicatur sententia auctoris n. 111. Quid si collata sint, ab Abbate cum consensu? numero 112. An haec essent mortis concedendi abque alia reuocatione; & quid si essent concessa ad beneficiarum? n. 113. An regularis possit iurari regula de triennali, no possit ab Abbate spoliari eo beneficijs? n. 114. An possit petere restitutionem, si ab Abbate, aut ab alia spoliatus? n. 115. Cur religiosi dicantur iure administrationis, & tanquam sibi commendatis obtinere beneficia regularia. n. 116.

An consuetudine induci possit, ut beneficia regularia sint perpetua, ita ut Abbas non possit monachum reuocare? numero 117.

Quid si illa beneficia regularia sint electiua? n. 118.

Quid si non sunt pleno iure subiecta Abbati? n. 119.

Quid si id beneficium regulare sit curatum? n. 120.

Quid si conferatur regulari tanquam seculari? n. 121.

Quid si id beneficium sit ex se perpetuum? n. 122.

Quoties est perpetuum, datur reuocatio contra Abbatem spoliatum? n. 123.

An quando Abbas concessit monacho beneficium manuale, aut peculium pro toto tempore vite suo, possit ad libitum reuocare? n. 124.

Quid si promissum non reuocare? n. 125.

Quid si promissionem inuicem stabiliri? n. 126.

Quid si est statutum Abbati cum conuentu, ut non reuocetur, vel ut a solo Abbate non reuocetur, & an Abbas eo statuto ligari possit? n. 127.

Quid si inuentum ei statuto addatur? n. 128.

Quid si ea beneficia, aut peculij concessio confirmetur a Pontifice? Refertur quadam sententia. n. 129.

Sententia auctoritatis. n. 130.

Alia remissio circa hanc confirmationem. n. 131.

Quando Pontifex confert beneficium, aut peculium iure deuoluto ad ipsum ob Abbatis negligentiam, an integrum sit Abbati ad nutum reuocare? Refertur quadam sententia. n. 132.

Sententia auctoritatis. n. 133.

Quid quando non iure deuoluto, sed propria potestate refertur duplex sententia. n. 134. & 135.

Sententia auctoritatis. n. 136.

An hoc fallat in monachis S. Benedicti? n. 137.

Quid si Papa conferat beneficium expresse, dicens ut dure toto tempore vite? n. 138.

Quid si institutioni, aut confirmationi illi superueniat nouum delictum, reuocatio dignum, aut noua iusta reuocandi causa? n. 139.

Quid si Pontifex beneficium manuale conferat clerico seculari? n. 140.

An beneficium manuale collatum in perpetuum, redeat ad pristinum manualis naturam, postquam vacauerit? numero 141.

An regularis, cui beneficium manuale collatum est, aut confirmatum a Papa ex certa scientia, maneant omnino exempti ab Abbatis obedientia in reliquis? n. 142.

An sufficiat confirmatio, aut collatio beneficii illius manualis facta a Pontifice motu proprio, ut reuocari nequeat ad nutum Abbatis? n. 143.

Quando dicantur has fieri ex certa scientia Pontificis, ac in dubio, cui onus probandi incumbat? n. 144.

Post numerum 144. inuenies reliqua summaria, qua desiderantur.

104 QVÆSTIO quinta. An beneficium, vel pensio semel regulari legitime collata possint ei per Abbatem suum auferri? Ut clarè procedamus, præmittenda sunt aliqua. Primum premitendum est, beneficia in duplici esse genere. Quædam sunt perpetua, quia scilicet semel collata nequeant auferri, nisi ex legitima causa. Quædam autem dicuntur manualia, quia possunt ad nutum conferentis auferri, & ideo non dicuntur perpetua. Hoc autem est discrimen inter beneficia secularia, & regularia, quod illa sunt supæ natura, & regulariter perpetua, cap. præcepta dist. 35. c. veniens, cum ibi notatis de filijs presbyterorum. Hæc autem supæ natura, & regulariter manualia, quod ad sui Prælati nutum possunt auferri, ut dicemus n. 111. Atque ita optime docent Rebuffus de pacificis possessoribus n. 279. Castadorus decis. 4. n. 2. & 3. de prebendis. Selna beneficiorum 3. p. q. 68. n. 1. Nauar. comm. 4. de regular. n. 25. vers. 3. Azor tomo 2. inst. moral. lib. 3. c. 26. q. 15. & 16. qui hac q. 16. bene ait, quandoque beneficia se-

cularia esse præter sui naturam manualia, & ad nutum conferentis reuocabilia. Quod idem supponunt Rebuffus, & Castadorus, in eo quod ex ipsis referemus n. sequenti. Etè contra quandoque regularia sunt perpetua, ut supponunt idem Rebuffus, & Castadorus.

Hinc deducitur, in impetratione vniuersi beneficii, vel in titulum, aut commendam regularis manualis non esse opus exprimere Pontifici id manuale esse; secus autem si beneficium esset secularis, & manuale: esset enim impetratio subreptitia, si non exprimeretur id manuale esse. Ratio est, quia, ut optime probat Felinus cap. in nostra. corol. 4. numero 14. de re scriptis, non oportet exprimere Pontifici qualitates, que iure communi beneficio insunt, sed illas solas, que de facto ratione consuetudinis, vel alia ratione insunt: quod ea que sunt iuris, non presumuntur latere Pontificem, sed ea sola, que sunt facti. cap. 1. de constitutionibus n. 6. Cum ergo iure communi beneficia regularia sint manualia, & beneficia secularia, perpetua, non oportet has qualitates exprimere: oportet autem si beneficium secularis esset manuale, cum ea qualitas non de iure insit. Atque ita docent Rebuffus de pacificis possessoribus. numero 279. & 182. Castadorus decisio 4. de prebendis, per totam. Similiter si beneficium regulare sit perpetuum, oportet in impetratione, vt valida sit, eam qualitatem exprimere, vt bene ait Castadorus ea decisio 4. numero 5. & constat eadem ratione, quia illa qualitas est præter ius.

Sed quæres, an manuale beneficium sit propriè, 106 & verè beneficium. Azor tomo 2. institutionum moralium. libro 3. cap. 26. questione 12. sustinet esse verè, & propriè beneficium ecclesiasticum, quod cætera habeat beneficio conuenientia, præter id, quod est posse ad nutum reuocari: nec natura beneficii petit id esse omnino perpetuum, & ad nutum irreuocabile, sed satis est ne ad certum tempus conferatur. Sed verius est, non esse propriè beneficium, quod natura beneficii propriè, & simpliciter est, vt sit perpetuum. Atque ita docent Calderinus consil. 26. numero vnic. de prebendis, Ludouicus Gomez tit. de gratia expectatiuarum. numero 94. Staphyleus idem de literis gratia. tract. de formis expectatiuarum, in nona forma. numero 29. Manuel questionum regularium tomo 1. questione 34. art. 2. Anastasius Germonius de indultis Cardinalium. §. regularia. numero 40. Ex quo inferunt Calderinus, Ludouicus Gomez, Staphyleus ibidem, in reuocantibus beneficiorum, quas facit Pontifex, non claudi beneficia manualia, quod sola censetur referuare, quæ verè, & propriè beneficia dicuntur. Similiter inferunt Staphyleus, & Ludouicus Lopez ibidem, secularem impetrament beneficium a Pontifice, non posse virtute huius gratia obtinere beneficium manuale, quamuis id seculare esset, quia non est propriè beneficium.

Vacant autem huiusmodi beneficia manualia, quoties superior reuocat collationem, vt docet Federicus tractatu permutationum, questione 16. item per mortem possidentis, vt docet Glossa Clementina 2. verb. per electionem, de re scriptis, & vtrumque docet Milis in suo reperiario. verb. beneficium. num. 9. vers. beneficia manualia licet ad nutum.

Secundò supponendum est, beneficia regularia esse duplicia, quædam collatiua, quædam electiua. Collatiua dicuntur, que insunt secularium conferuntur auctoritate superioris: electiua autem, que per electionem canonicam suffragijs electorum conferuntur, accedente Prælati confirmatione. Quod bene docet Azor tomo 1. institutionum moralium. libro 12. cap. 12. questione 8. qui questione 9. disputat, an quando collatiua sunt, quæ insunt collatio ad solum Abbatem,

Abbatem, an poris ad ipsam cum conuentu, & duas referat opiniones: alteram sustinentem ad solum Abbatem pertinere, alteram autem ad Abbatem, & conuentum, quam dicit esse vetiorem: & refert Doctores vtriusque sententia, sed minus legitime, quia non tractant de promotione ad beneficium, sed de admissione ad professionem, de qua re nos egimus lib. 5. cap. 4. num. 67. Et ideo censet standum esse statuti, & consuetudinis cuiuslibet religionis; vbi autem de his non constaret, dicendum est idem, quod diximus de admissione ad professionem, scilicet, eam de iure pertinere ad Abbatem cum consensu maioris partis conuentus, vt ibidem probauimus.

Vltimò supponendum est, beneficium, & pensionem aliquam, seu peculium posse tripliciter a monacho possideri. Primò, ex sola sui Abbatis concessione. Secundò, ex concessione Abbatis, accedente Romani Pontificis confirmatione. Vltimò, ex collatione ipsiusmet Pontificis. De quibus tribus modis est seorsum triplex difficultas agitata.

110 Prima ergo difficultas est, an cum beneficium regulare conferretur a Prælato, aut pensio aliqua, seu peculium regulari, possint absque aliqua iusta causa ad solum concedentis nutum reuocari? Videtur enim pars negans probari ex c. cum ad monasterium. versales autem, de statu monach. ibi; nec alicui committatur aliqua obedientia perpetuo possidenda. tanquam in sua sibi vna locetur, sed cum oportuerit amoueri sine contradictione qualibet reuocetur. & Clemens. vnic. §. promissa. de supplicanda neglig. Prælator. ibi; libere possunt ad claustrum cum oportuerit, reuocari. In quibus locis non datur Prælato libera reuocandi potestas, sed cum oportuerit: quod verbum non liberam facultatem importat, sed prudens arbitrium. Atque ita hanc partem tuetur Glossa, vt illam refert Imola n. sequenti allegandus.

111 Cæterùm dicendum est, nullam tunc exigi causam, sed posse ad libitum Abbatis reuocari. Quod constat ex illis verbis d. cap. cum ad monasterium, perpetuo possidenda: nam quod nequit absque legitima causa auferri, dicitur omnino perpetuum, beneficia enim secularia, que perpetua sunt, possunt etiam ex causa legitima auferri: & ex illis verbis d. Clem. vnic. liberi. Non enim potest aliquid liberè fieri, cum causa legitima desideratur; & verbum (oportet) in vtroque textu positum solum honestatem importat. Et ideo hanc partem sustinent Glossa Clement. 2. verb. per electionem, de re scriptis. Lopus allegatione 26. fin. Federicus 1010 consilio 134. Abbas cap. finali. numero 6. de precariis. Cardin. Clemens. vnic. §. promissa. numero 4. opposit. vnic. & ibi Imola numero 44. Bonifacius numero 2. idem Cardin. cap. ad nostram, in fin. de confirmatione vtili. & ibi Decius in noua editione. numero 33. & cap. edoceri. num. 18. de re scriptis. Bellemera cap. porreia. numero 6. quest. 4. de confirmat. vtili. Felinus cap. per tuas. num. 4. de maior. & obed. Milis in suo reperiario. verb. beneficium. num. 9. vers. beneficia manualia licet per Papam. Selua beneficiorum 3. part. quest. 68. num. 1. Rebuffus de pacificis possessoribus num. 275. Ludouicus Gomez tract. de gratia expectatiuarum. n. 54. Staphyleus de lit. grat. tract. de formis expectatiuarum. in 9. forma. num. 29. Nauar. comm. 4. num. 22. vers. ex quibus facile, de regular. §. numero 23. vers. 4. & lib. 3. conf. n. 1. edit. tit. de regular. conf. 20. numero 12. in 2. tit. de statu monach. conf. 14. num. 12. Leonard. lib. 12. de iust. cap. 4. dub. 12. num. 98. Azor tom. 1. inst. moral. lib. 12. cap. 9. quest. 8. & cap. 22. quest. 10. & tom. 2. lib. 3. cap. 26. quest. 2. 13. & 14. Manuel 99 regular. tom. 2. quest. 34. art. 2. & omnes Doctores, quos infra referemus, qui petunt confirmationem, aut collationem Pontificiam ex certa scientia, vt hæc facultas denegeret Prælato.

112 Quod est verum, quamuis collatio spectet ad Abbatem, & contentum, sitque necessaria Episcopi confirmatio: potest enim solus Abbas reuocare, quia non mutatur naturus beneficii. Sic latè probans Federicus 1010 eo

conf. 134. & loquens de peculio concessio per Prælatum cum conuentu, tenet Decius cap. edoceri, in noua editione. num. 18. de re scriptis.

Quamuis autè possint hæc ad Abbatis nutum reuocari, non censentur reuocata per Abbatis mortem, sed opus est reuocatione: quia per solum mortem reuocatio non inducitur, c. si delegatus. §. de offic. deleg. in 6. & notat Bartol. l. more. n. 17. ff. de iust. dist. omnium. Inducim, eam tradere rationem, quod reuocatio contrariari: priori voluntatem petat. At præsumitur quis non expresse reuocans decedere in priori voluntate. c. maiores. de baptismo. Et ideo ita docent Abbas c. finali. n. 6. de precariis. Decius c. ad nostram, ad fin. de confirm. vtili. Felinus c. per tuas. n. 4. de maior. & obed. Rebuffus de pacificis possessoribus. n. 276. Secus autè esset si concessio esset ad beneplacitum Abbatis: quippe beneplacitum expirat morte concedentis. c. si grauius. de re scriptis. in 6. ac proinde concessio hæc tunc expiraret. Atque ita docent Abbas ibidem, & Ioann. Andre. c. porreia. n. 3. de confir. vtili.

Ex hac sententia deducitur primò, regularem non 114 posse iuari pacifica possessione triennali talis beneficii, non molestari possit, iuxta regul. de triennali, cuius meminimus a n. 86. vt que ad 91. quod non molestaret ab Abbate reuocata collatione defectu legitimi tituli; in quo euentu procedit regula de triennali: sed quia ea est beneficiorum regularium natura, vt possint ad nutum superioris reuocari. Et ita docent Rebuffus de pacificis possessoribus. n. 274. Anastasius Germonius de indultis Cardin. §. regularia beneficia. n. 57.

Secundò deducitur, spoliatum regularem huiusmodi 115 beneficiis ab Abbate absque iusta causa, non posse agere de possessio contra illum, petendo que ad pristinum possessionem restitui: quia Abbas spoliando nullam irrogauit iniuriam, sed vsus est iure suo. Sic Baldus l. cum asseres. §. sine. C. de liberali causa. Felin. c. per tuas. n. 4. de maior. & obedientia. Rebuffus de pacificis possessoribus. n. 274. Nauar. comm. 2. n. 65. vers. addo 8. de regular. & lib. 3. conf. in 1. edit. tit. de regular. conf. 20. n. 12. in 2. tit. de statu monach. conf. 14. n. 12. Anastasius Germonius eodem §. regularia beneficia. n. 50. Azor tom. 1. inst. moral. lib. 12. c. 11. q. 9. Quod si reuocaretur ex malitia, vt ratione mali animi, & odij, posset vtique implorare officium superioris, & impedire huius reuocationis effectum, vt bene docent Innocent. c. finali. n. 3. de officio ordin. in 6. & ibi Ioan. And. n. 2. Dominicus in princ. n. 9. Francus in princ. n. 3. Cardin. Clem. vnic. §. promissa. n. 4. opposit. vnic. de supplicanda negligentia Prælator. & ibi Bonifacius n. 3. Imola n. 44. Bellemera c. porreia. n. 6. q. 4. de confirmat. vtili. Milis in reperiario. verb. religiosi. n. 4. vers. reuocati si sunt manualia. Selua beneficiis 3. p. q. 68. n. 1. Rebuffus n. 275. Nauar. vtroque loco, Anastasius Germonius, & Azor proximè allegati, Leonard. lib. 3. de iust. c. 41. dubio 12. n. 98. Minus tamen bene dixit Milis ibidem posse hoc officium implorare, quoad spoliatum est sine causa, aut ex euidèti malitia: minus etiam bene dixit Manuel 99 regular. tom. 1. q. 4. art. 2. posse hoc officium implorare, quando absque causa spoliatur, quia, vt diximus, id solum potest, quando boni malum animum. Præsumitur autem (vt optime ait Nauar. eo comm. 2. n. 65. vers. addo octauo) is malus animus, quando Prælati accusatus a regulari, vel dum contra eum inquiritur ad instantiam illius regularis, spoliaret eum beneficio. Vnde concludit ferè semper Gallia Parlamenta restitueret regulares spoliatos, & quoque accidit, vt spoliatur, nisi ob indignationem. Et hæc sunt vera, quamuis Decius c. ad nostram, in noua editione. num. 23. de confirmat. vtili, dicat communiter teneri in Italia etiam spoliatum ex Abbatis malitia non posse agere contra illum. Si tamen tertius quidam monachus illum spoliaret, posset vtique contra illum agere, petens se restitui: quod tertius ille iure spoliandi caret. Sic Baldus, Felinus, Rebuffus n. 274. Nauar. eo n. 65. vers. addo octauo. Azor proximè allegati.

116 Tertio deducitur, religiosus dici iure, & ratione administrationis beneficia regularia retinere, & vt sibi commendata, non eo quod titulis careant, sed quia possunt ad nutum Abbatis remoueri. Sic Azor tom. 2. in situ moral. lib. 3. c. 26. §. 2.

117 Quarto deducitur, quamuis consuetudo memoriam hominum excedens sit, quod superior non reuocari beneficium illud regulari collatum, adhuc posse auferri, quia aut superior nunquam abfuit, & non potest ob id dici inducta consuetudo: quia ex actibus meræ facultatis, seu ex non vfu non habente in se actum tacitum, dispositioni iuris contrarium, non inducitur consuetudo, vt notatur cap. loames, de clericis coniugatis, tunc superior voluit remouere, & ob possidentis potentiam non habuit effectum; & non potest dici inducta consuetudo, cum sit contra votum obedientiæ. arg. cap. cum non licet, de præseriptionibus. & cap. cum inter vos, de consuetudine. Sic tradunt Abbas cap. ad nostram, numero penult. de confirmat. vtili, & ibi Decius in noua editione numero 21. & 22. Rebuffus de pacificis possessoribus, numero 277. Anastasius Germonius de indultis Cardinal. §. regularia beneficia, numero 51. quamuis Milis in suo repertorio, verb. religiosus, numero 4. verb. religiosus non potest consentire electioni, dicit posse hac consuetudine beneficia manualia fieri perpetua. Ducitur, quia status beneficij potest mutari spatio quadragenario. cap. cum de beneficio, de prebendis, in 6. Præterea, quia Antonius cap. porreita, ad fin. de confirmat. vtili, dicit beneficium perpetuum posse fieri ex consuetudine temporale. Ergo est contra temporale potest fieri ex consuetudine perpetuum. Sed neutra ratio obstat. Non prior, quia ea consuetudine mutatur status beneficij ex regulari in seculari, & est contra; non autem, vt ex manuali fiat perpetuum, propter rationem dictam. Nec etiam obstat posterior ratio, quia vt beneficium perpetuum fiat temporale, potest esse consuetudo habens actum iuris dispositioni contrarium, cum non sit circa actus meræ facultatis; secus autem vt temporale sit perpetuum, quia est circa actus meræ facultatis.

118 Hæc tamen sententia, vt regularis possit ad nutum Abbatis priuari beneficio, limitatur primò, vt intelligatur de beneficiis regularibus collatis. Quippe si electio sint, nequit absque legitima causa remoueri, sed ea beneficia sunt perpetua, vt habetur cap. 2. ad finem, de statu monachorum, & docent Cardinal. Clemen. vnic. §. præmissa, numero 4. oppositione vnic. de supplenda neglig. Prælat. & ibi Imola numero 44. Milis in repertorio, verb. religiosus, num. 4. verb. religiosus autem. Castellorod. decis. 4. num. 3. 4. 5. de prebendis. Anastasius Germonius de indultis Cardinal. §. regularia beneficia, numero 51. & 52. Azor tom. 2. in situ moral. lib. 3. cap. 26. quæst. 15. & tom. 1. lib. 12. cap. 22. quæstio 10. Quare minus bene Selua beneficiorum 3. part. quæst. 68. num. 2. dicit etiam tunc posse religiosum ad nutum Abbatis priuari.

119 Secundo limitatur, quando beneficium id regulare est subiectum ordini pleno iure; nam si nõ subiciatur pleno iure, sed solo ordinario, saltem quoad institutionem, & destinationem, nequit illi religiosus ab Abbate remoueri, & reuocari ad claustrum: quod non sit Abbati religionis subiectus, nec possit illi aliquid præcipere de pertinentibus ad illam Ecclesiam, sed petere pensionem annuam, si que iure in monasterij fauore imposta sit, iuxta cap. de monachis, & cap. auaritia, de prebend. Sic Nauar. comm. 2. num. 6. corol. 7. de regularibus. Leonard. lib. 2. de institut. c. 4. 1. dub. 12. m. 98.

120 Tertio limitatur, nisi id beneficium regulare sit parochiale; tunc enim nequit ad nutum Abbatis auferri: quia eo ipso quod habet curam animarum, constituitur beneficiarum consensu, & autoritate Episcopi, cuius est animarum curam committere, & Ecclesiis habentibus animarum curam idoneos ministros præficere. cap. de monachis. 16. quæstio 1. Et ita do-

cent Cardinal. Clemen. vnic. §. præmissa, numero 4. opposit. vnic. de statu monachorum, & ibi Imola numero 44. Ancharanus numero 13. Federicus conf. 134. numero 1. Arctinus, quem refert, & sequitur Felinus cap. per tuas, numero 4. de maior. & obedi. Castellorod. decis. 4. numero 3. 4. 5. de prebendis. Azor tom. 2. in situ moral. lib. 3. cap. 26. quæstio 15. Sed idemmet Azor tom. 1. in situ moral. lib. 12. cap. 22. quæstio 10. dicit adhuc posse ad nutum Abbatis reuocari: secus si id beneficium curatum esset seculari. Quare sic distinguendum censeo: si illud beneficium curatum regulare subsit pleno iure monasterio, tunc potest regulari illud ad superioris nutum reuocari: quæ in hoc casu est vera hæc posterior sententia. Si autem non subsit pleno iure, vt vera prior sententia: quia in priori casu nullatenus est necessaria autoritas Episcopi ad eam collationem; secus in posteriori casu, vt num. 66. probauimus.

121 Quarto limitatur, quando præficatur beneficio tanquam monachus, secus si præficatur tanquam clericus secularis, vt contingit, quando præficatur Ecclesiæ seculari curatæ, vel quando beneficium simpliciter seculari ex legitima dispensatione: tunc enim nequit per Abbatem reuocari. Sic Abbas cap. 2. numero 3. not. 2. de statu monach. Rebuffus de pacificis possessoribus, numero 275. ita dicens se consultasse in quodam consilio incipienti nobilis Redulphus Nauar. comm. 2. num. 65. vers. addo 3. de regularibus.

122 Vltimo limitatur, nisi beneficium id regulare non sit manuale, sed factæ naturæ perpetuum; nequit enim regularis tunc remoueri ad Prælati sui nutum. Sic docent Dominicus cap. final. in principio numero 9. de officio ordin. in 6. & ibi Francus numero 3. Selua beneficiorum 3. part. quæstio 69. numero vltim. Rebuffus numero 280. & Nauar. allegati n. præcedenti. Et ratio est, quia talis collatio intelligitur facta iuxta illius beneficij qualitatem: & sic air Rebuffus in Gallia omnia ferè beneficia regularia esse huiusmodi, & sic vix posse ad nutum Abbatis auferri.

123 Atque in omnibus his euentibus dictis, & dicendis, in quibus beneficium nequit ad Abbatis nutum auferri, sed censetur perpetuum, si regularis spoliatur ab Abbate, potest contra ipsum agere de spolio: quia cum Abbas careat spoliandi iure, competit aduersus eum eius petenda restitutio. Et sic docent Felinus cap. per tuas, num. 4. de maior. & obedi. Nauar. comm. 2. numero 65. vers. addo 8. de regularibus. Alphonsus Villaguta de extensione legum, vbi de extensione legis penalis, in materia conatus, conclus. 5. n. 134.

124 Sed specialiter dubitatur, an si Abbas concedat monacho beneficium regulare manuale, aut peculium aliquod, explicans, vt eo fruaturo toto vite iure tempore, aut promittens se non reuocaturum, sit intergrum ei reuocare. Et quidem, quando nulla interfuit promissio non reuocandi, sed absolute concessit prædicta pro toto vitæ suæ tempore, credo posse Abbatem reuocare: quod in hoc euentu sola eo tempore, tradendi licentia concessa sit; & licentia religiosi concessa potest ad libitum reuocari. Sic Decius ead. nostram, in noua editione, n. 19. de confirmat. vtili. Selua beneficiorum 3. p. q. 68. n. 1. & omnes Doctores n. sequenti allegandi.

125 Sed maior difficultas est, si Abbas promisit regulari illi se non reuocaturum. Quia in re communitur Doctores censent adhuc integrum esse Abbati reuocare, tum quia inter Abbate, & religiosum nulla intercedere potest obligatio, sicut nec inter dominum, & seruum, vt sustinent multi Doctores, quos retulimus supra: tum etiam, quod ea promissio tanquam iuri communi contraria, disponenti nihil concedendum monacho, quod reuocari nequeat ad nutum superioris, est omnino irrita. Atque ideo hæc partem sustinent Archidiaconus cap. final. num. 2. fin. & 3. in. de officio ordinarij, in 6. Ioann. Andreas ibi. num. 1. fin. & n. 2. in. Dominicus ibi in principio.

in principio, n. 9. Francus in principio, n. 3. idem Archidiaconus eadem partem, n. 9. 7. num. 5. & ibi Bellemeta n. 2. Federicus conf. 134. n. 1. & 25. n. 2. Abbas e. cum inter R. n. 2. a. m. 1. 3. de elect. & ead. nostram n. 9. de confirmat. vtili. & e. cum ad monasterium n. 1. & 11. de statu monachorum. Iulianus autem ingressus n. 37. C. de sacrosanct. Eccles. Rebuffus de pacificis possessoribus n. 274. Selua beneficiorum 3. part. q. 69. num. 1. Euerardus in suis topicis, loco ad seruo ad monachum n. 2. Rofellus in summo, verb. Abbas n. 1. o. & ibi Angelus n. 17. Syluester q. 3. n. 6. dicto 7. Tabiena q. 4. n. 1. o. fin. Antonius Cucus lib. 3. in situ, maior sit, n. 112. Suredus de alimentis, tit. 8. privilegio 79. num. 5. Azor tom. 1. in situ moral. lib. 12. c. 9. q. 8. Sed huic communi sententia contradicunt Nauar. lib. 3. consiliorum in 1. editione, tit. de regularibus, cons. 20. n. 1. 2. 13. & 14. in 2. tit. de statu monachorum, cons. 14. n. 12. 15. & 14. & Manuel qq. regular. tom. 3. q. 29. art. 9. dicentes validam esse reuocationem; at Prælatum reuocando absque iusta causa peccaturum: quia et si non ciuilitate, obligatur tamen naturaliter sua promissione religioso, sicut dominus seruo, vt ex multis probauit supra. Sed prior sententia multo magis placet; quamuis enim faveat ex promissione Abbatis cum monacho orti obligationem naturalem: at in hoc casu ea orti nequit, eo quod huiusmodi promissio tanquam iuri contraria sit irrita.

126 Sed quid si Abbas promissionem illam non reuocandi iureiurando stabiluit? Abbas cap. ad nostram, numero 10. de confirmat. vtili, & Rebuffus numero præcedenti allegatus afferunt reuocationem fore validam; sed non explicant, an Abbas incidat in peccatum. Et quidem dicendum est, in illud incidere reuocando absque vera causa; sed illi peccat promittendo contra iuris dispositionem, at non peccat non reuocando postea concessionem, quia nullo iure iubetur reuocare; & sic obligat iuramentum iuxta regulam vulgarem, quoties impleri potest absque dispendio salutis æternæ. Et ita in simili docent Abbas, & alij, quos referemus numero 131. & in simili etiam tradunt communiter Doctores, afferentes promissionem non reuocandi testamenti esse irritam, tanquam iuri contrariam, vobis lenti id vique ad mortem esse reuocabile: at si promissio iureiurando firmetur, valere reuocationem, reuocantem autem esse perituum.

127 Dubitant amplius Doctores, quid si Abbas cum euentu statutum ediderit, vt ea concessio beneficij, aut peculij monachis facta reuocari nequeat absque consensu conueniens, vel etiam cum illo? Et quidem dicendum est, id statutum non obstat, quominus ipse Prælati possit reuocare, quia nec id statutum potuit esse in præiudicium Abbatis successoris, nec ipsemet Abbas potuit sibi legem imponere, à qua non liceat si recedere. l. si quis, in principio. ff. de legat. 3. & l. nemo potest ff. de pacis. & l. legatus de officio Præsidis. Et tradunt Federicus conf. 159. numero 1. Abbas e. cum ad monasterium numero 11. de statu monach. Rebuffus de pacificis possessoribus numero 278. Angelus summa, verb. Abbas, num. 24. & ibi Syluester quæstio 29. artic. 9. Emmanuel Sà Arb. religio, numero 66. Manuel quæstionum regularium tom. 3. quæstio 29. artic. 9. Limitant Federicus, & Rebuffus, nisi id statutum sit autoritate Episcopi confirmatum. Verum hæc limitatio tenebitur, quando monasterium est subiectum Episcopo: si autem sit exemptum, exigetur confirmatio superioris Abbate illo, ne Abbas possit reuocare. At poterit superior ille, qui confirmauit, reuocare propter rationes dictas, & iuxta ea que dicemus numero 138.

128 Immo si id statutum iureiurando stabilitum sit, valebit etque reuocatio sine iusta causa facta: at reuocans erit perituum, vt in simili probauimus numero 126. fin. & docent Ioannes Andreas regul. non est obligatorum, in fin. de regularibus, in 6. & ibi Francus in fin. Ab-

bas, Angelus, Syluester, Manuel numero præcedenti allegati.

129 Secunda difficultas est, an si concessio eius beneficij manualis regularis, aut peculij factæ ab Abbate accedat Pontificis confirmatio, sit adhuc intergrum Abbati reuocare ad nutum suum, sicut ante licebat? Quidam negant posse, quia cum autoritas Pontificia accesserit, videtur ligatæ inferioris manus. Sic tradunt Archidiaconus e. finali, n. 6. & officio ordin. in 6. & ibi Ioan. Andreas num. 3. & e. cum inter R. n. 13. de electio. & e. poreta, in fin. de confirmat. vtili. vbi Hostienus n. 2. Anton. n. 1. idem Ioan. Andr. e. nisi, n. 3. de prebend. vbi Innocentius n. vnic. paulo post princ. Anton. num. 12. Abbas num. vltim. Gamba de officio, & potestate legati, lib. 6. num. 160. Euerardus in suis topicis, loco ad seruo ad monachum, num. 2. Nauar. lib. 3. consil. in 1. editione, tit. de regularibus, consil. 20. numero vltim. in 2. tit. de statu monach. consil. 14. numero vltimo. Suredus de alimentis, tit. 8. privilegio 79. numero 5. Azor tom. 1. in situ moral. lib. 12. cap. 9. quæst. 8. & tom. 2. lib. 3. c. 26. quæst. 15.

130 Sed præcedens sententia, vt vera sit, limitata est, vt intelligatur, quando Pontifex ex certa scientia confirmat, secus quando simpliciter: quod per simplicem confirmationem non censetur velle rei naturam variare, atque ita ex beneficio, & peculio ad nutum Prælati reuocabilibus constituitur rem ab illo irrevocabilem. Et ita temperant Gloss. e. poreta, verb. confirmatur, de confirmat. vtili, & ibi Abbas num. 4. Cardinalis in situ, Decius in noua editione, n. 8. idem Abbas e. ad nostram, num. 6. de confirmat. vtili, & ibi Decius in noua editione, n. 9. & e. edoceri, n. 18. de rescripti. Federicus tractat. permutacionum, quæst. 17. Hostienus e. nisi, num. 4. de preben. & ibi Cardinalis num. 5. opposit. 5. Felinus e. per tuas, n. 4. de maior. & obedi. & e. constituitur, n. 10. de rescripti. Imola Clem. vnic. n. 42. in de supplenda neglig. Prælat. Milis in repertorio, verb. beneficium, n. 9. vers. beneficia manualia licet per Papam. Selua beneficiorum 3. p. q. 68. n. 1. Rebuffus de pacificis possessoribus, n. 279. Gygas de pensibilib. q. 15. n. 3. & duplici sententia. Azor tom. 1. in situ moral. lib. 12. c. 22. q. 10. & tom. 2. lib. 8. c. 7. q. 11. Manuel qq. regular. tom. 1. q. 34. art. 2.

131 Alia autem communia confirmationi, & collationi Pontificæ, dicemus n. 138. 139. 141. 142. 143. 144.

132 Vltima difficultas est, quando Pontifex ipse confert beneficium manuale, aut peculium religioso, an possit Abbas ad nutum reuocare? Et quidem dupliciter potest Pontifex conferre. Priori modo, ex potestate conferendi deuoluta ad ipsum ad quem allegata Abbatis negligentia. Posteriori modo, quando ex sua potestate, seu proprio iure confert, absque aliqua Abbatis negligentia. Et quidem quando ex potestate deuoluta, Decius e. ad nostram, in noua editione, num. 16. de confirmat. vtili, quamuis dubius, in eam partem inclinat, vt non integrum maneat Abbati ad nutum reuocare. Ducitur, quia ex eo non debet quis fructum consequi, quod nihil est impugnare. regul. e. cum ex eo, 38. de regulari iuris, in 6. Cum ergo Abbas sua negligentia impugnetur nihil sit eam collationem, non dicitur inde fructum consequi, vt possit ad nutum reuocare. Secundo, ex doctrina Bartoli l. vbi accipiuntur, 30. n. 30. ff. de iudiciis, vbi ait Bartolus, cepto alio iudicio iudicem, nec actori, nec reo fas esse alium iudicem adire, nisi reus citatus fuerit contumax, quia tunc potest actor alium iudicem adire; nec reo licebit allegare alibi iudicium esse ceptum, vt pote qui illud non comparando tempit. Sic ergo cum Abbas præterit collatione illa facere, nequit sui præstitum reuocandi ad libitum allegare, ne huic iuri illa collatione Pontificia præiudicet. At dicendum est, nullatenus alterari naturam illius beneficij, aut peculij, & ideo integrum esse Abbati reuocare, ac si ipsemet contulisset. Probatur ex Clem. vnic. vers. præmissa, de supplenda neglig. Prælator. vbi expressè habetur, posse superiorem ad nutum reuocare, quando per deuolutionem confertur ab Episcopo autoritate

Apostolica, ibi libere possunt ad elationem, cum oportuerit, reuocari. Et tradit rationem Glossa ibi. *verbo reuocari*, quia nec plus, ne aliter conferat supplicens, quam negligens debebat conferre, cum non tanquam principalis, sed tanquam subrogatus ipsius conferat, vt constat ex eodem textu ibi; *negligentiam super hoc suppleant eorumdem*. Nec obstant adducta in contrarium. Non prius, quia non comparat Abbas fructum aliquem ex sua negligentia, sed tantum retinet ius, quod habebat, cum id sublatum non sit per illam collationem Pontificis. Nec etiam posterius, quia nullo modo est simile: cum enim iudicium constare debeat ex actore, & reo, non potest dici omnino ceptum ex parte actoris, quando reus noluit comparere, & ideo fas est illi alium iudicem adire, non autem huic, ne ex sua contumacia commodum reportet. At Abbas nullatenus contulit, nec Pontifex confert, vt principalis, sed nomine Abbatis, vices eius supplet. Et ideo hanc sententiam sustinent Glossa eo *verb. reuocari*, & ibi Card. num. 4. *opposit. vnic. & cap. nisi. num. 5. opposit. 3. de prebendis. Lapus allegatione 9. n. 4. & ibi Mandosius in additionibus littera E. Anton. c. porreclia. n. 2. & ibi Cardin. ad fin. de confirmat. vtili. & ibi Imola. n. 2. vers. quid autem. & c. per tuas. fin. de maiestate, & obed. vbi Felinus n. 3. & 4. Abbas c. ad nostram. n. 7. de confirmat. vtili. Dominicus c. final. in princip. n. 9. Imola c. de officio ordinarij in 6. & ibi Francus in princip. n. 3. Milis in suo repertorio. *verb. beneficium. n. 26. vers. beneficium manuale. Selua beneficiorum 3. part. quest. 69. num. vltim. Mandosius de priuilegijs ad instar. glossa 6. num. 4. Alphonsus Villaguta de extensione legum*, vbi de extensione legis pœnalis in materia conatus, *conclus. 5. n. 133.**

Quando autem non iure deuoluto, sed iure proprio confert Pontifex, est triplex sententia. Prima ait, adhuc esse integrum Abbati reuocare ad libitum, quia cum Pontifex concurrat in beneficiorum collatione cum omnibus ordinarijs. *2. de prebendis, in 6. non videtur simpliciter conferendo voluisse beneficij naturam alterare. Atque in dubio ratio ipsa ita præsumere cogit in fauorem Abbatis, propter votum obedientiæ subditi. Hanc sustinent Lapus allegat. 2. 6. fin. limitans, nisi Pontifex expressè contrarium præciperet, Abbas c. ad nostram. n. 7. & 8. de confirmatione vtili. limitans, nisi Pontifex expressè contulerit regulari, vt dum vixerit, recineat, Anton. c. per tuas. fin. de maiestate, & obedientia, Alphonsus Villaguta relatus n. præcedenti: & facit, quod notat Federicus *tratt. de permut. beneficiorum. q. 1. vbi ait permutantes beneficia manualia auctoritate Pontificis remoueri posse, vt prius poterant.**

Secunda sententia absolute docet, non posse remoueri ad nutum Abbatis, quia (vt inquit Decius statim allegandus) Pontifex conferens simpliciter beneficium manuale, non censetur eius naturam variare ad eum effectum, vt vbi illud beneficium iterum vacarit, desinat esse manuale, prout prius erat. Variat tamen quoad hunc effectum, vt reuocato illius debeat per Pontificem fieri, eo quod in illud semel manum apposuerit, iuxta doctrinam Abbatis *cap. postulat. n. 10. de clerico excommunicato iunstrante*, vbi dicit; si Papa contulisset beneficium alicui, quamuis alijs posset Episcopus in nullitate dispensare: at ex quo Papa semel manum apposuit, nequit Episcopus. Ergo cum etiam in hac collatione manum apposuerit Pontifex, interdicitur erit inferiori reuocatio. Et ideo hanc sustinent Baldus *cap. illud, in fin. de maiestate, & obedientia Archidia. cap. finali. num. 3. de officio ordinarij in 6. & ibi Ioann. Andre. num. 3. Dominicus in princ. num. 9. Francus in princ. num. 3. Anton. c. porreclia. num. 2. de confirm. vtili. & ibi Cardinalis ad fin. Imola num. 2. vers. quid autem. Lapus allegatione 9. num. 4. idem Card. Clemens. vnic. 5. præmissa. num. 4. opposit. vnic. de supplenda neglig. Prælator. & ibi Anchar. num. 1. 3. idem Imola c. per tuas, fin. de maiestate, & obed. Barbatus *cap. cum dilecti, in fin. de donationibus. Ananias c. excommunicatus.**

Clem. 1. §. quia verò. n. 4. de heret. Paulus Deleazar in quest. per eum disputata incipienti, religio, vt eum refert, & sequitur Decius c. ad nostram. n. 1. 6. & 17. de confirmat. vtili. & c. cum accepissent. n. 4. 7. de cons. Selua beneficiorum 3. p. q. 69. n. vltim. Mandosius de priuilegijs ad instar, glossa 6. n. 4. Azor tom. 2. *inst. moral. lib. 3. c. 2. 6. q. 15.*

Vltima sententia (cui tanquam probabiliori adhaereo) est inter vtramque media, dicens primam, vt possit Abbas reuocare, veram esse, quoties Pontifex simpliciter confert: secundam autem, vt non possit, quando Pontifex confert ex certa scientia. Prior pars probatur rationibus primæ sententiæ. Posterior autem rationibus secundæ; quia tunc censetur manum apponere Pontifex, quasi volens id negotium sibi referuari. Atque ita docent Federicus *conf. 88. paulo ante fin. Archid. c. si monachus. 1. 6. q. 1. n. 2. & ibi Bellemeur. n. 2. Cardinal. c. si quis, opposit. 3. de prebendis. Felinus c. consiliu. num. 10. de rescript. & cap. per tuas. num. 4. de maior. & obedientia. Milis in repertorio. *verb. beneficium. n. 9. vers. beneficia manualia licet per Papam. Additionator ad Decium. d. c. cum accepissent. n. 47. verb. remoueri. Rebuffus de pacificis possessoribus. n. 279. 280. 281. Nauar. *conclum. 2. n. 6. corol. 7. de regular. Azor tom. 1. *inst. moral. lib. 12. c. 22. q. 10.****

Fallit hoc in religiosis, de quibus est hodie prouisum in extrauag. *Rufus Benedicti X. II. vbi est determinatum, quod habentes beneficia in ordine monachorum nigrorum S. Benedicti ex collatione, prouisione, vel ordinatione Sedis Apostolicæ, vel legatorum, seu executorum, vel prouisorum eiusdem Sedis, vel per litteras prædictorum, subsint in omnibus, & per omnia suis Prælati, & possint ab eis reuocari, prout si ea haberent à suis Abbatibus. Sic allegato Lapo tradunt Dominicus *cap. final. in princip. n. 9. de officio ordinarij in 6. & ibi Francus in princip. numero 3. Rebuffus de pacificis possessoribus. num. 280.**

Secundo fallit, quando Pontifex confert beneficium manuale regulari expressè dicens, vt retineat toto vitæ suæ tempore: cum enim tunc constat de expressa Pontificis voluntate, vt concessio duret ad monachi vitam, non potest inferior contrarium disponere reuocando. Atque ita docent Innocentius *cap. cum inter R. statim in princip. de elect. & ibi Abbas n. 2. notib. 3. & c. ad nostram. n. 7. de confirmat. vtili. vbi Decius in noua editione. n. 11. Felinus c. consiliu. n. 10. de rescript. & c. per tuas. n. 4. de maior. & obedientia. Rebuffus de pacificis possessoribus. n. 181. Alphonsus Villaguta de extensione legum, vbi de extensione legis pœnalis in materia conatus, *conclus. 5. n. 133. Immo Innocentius, Decius, Rebuffus ibidem dicunt, nec Pontificem posse tunc ex sua ordinaria potestate absque causa concessionem illam reuocare. Quod minime credo: non enim mens Pontificia videtur, naturam illius beneficij manualis in perpetuum mutare in suæ potestatis præiudicium, sed solas inferiorum manus videtur ligare. Sicut enim quando ipse Abbas ad tempus vitæ concedit, censetur exemptum, nisi interim reuocauerit; ita cum Pontifex concedit, censetur eadem exceptio apposta. Atque ideo Innocentius *cap. nisi. numero vnic. paulo post princip. de prebendis, & ibi Ioannes Andreas numero 5. Hostiensis numero 4. Cardinalis numero 5. opposit. 2. dicentes beneficium manuale reddi perpetuum, & irreuocabile ad nutum Abbatis, dum à Pontifice confirmatur, asserunt manere Pontifici liberam potestatem.***

Tertio fallit, nisi sit institutus, aut confirmatus à Papa delictum priuatione dignum committat: tunc enim quantumcumque in perpetuum sit collatum beneficium, poterit ab Abbate priuari illo, quia per illam Pontificis collationem, aut confirmationem solum respectu præteritorum est præclusa via inferioribus, atque ideo de viribus illius collationis, aut confirmationis cognoscere nequeunt: secus respectu delicti de nouo superuenientis; quia confirmatio, seu priuile

privilegium non extenditur ad non cogitata, vt in simili notatur c. cum inter P. de renuncatione, & c. sigesum, de decimis. Præterea, quia alijs confirmatio, seu collatio illa præstat exceptionem ab ordinarijs, quod est absurdum. Atque ita docent Glossa c. 1. *verb. de questione. paulo post princip. de confirmat. vtili. Quamuis enim videatur opus dicere ibi; sed verè non est verum: at ea verba non referuntur ad hoc, sed ad aliud membrum, quod ibi posuerat, vt notant Doctores statim allegandi; Anton. ibi. num. 6. Abbas num. 8. & 10. Cardin. statim in princip. Imola num. 4. sine Decius in noua edit. num. 57. & 58. Idem Anton. c. porreclia. n. 2. eodem tit. & ibi Abbas n. 4. & c. ad nostram. n. 6. eodem tit. Imola eodem c. porreclia. n. 2. vers. quid autem. & Clem. vnic. n. 4. fin. de suppl. neglig. Prælator. & c. per tuas. fin. de maiestate, & obed. vbi Felinus num. 3. & 4. idem Decius c. cum accepissent, in noua edit. n. 47. de consuetudinibus. Baldus c. illud. num. 2. de maiestate, & obed. Milis in repertorio. *verb. beneficium. numero 26. vers. beneficium manuale, Alphonsus Villaguta de extensione legum, vbi de extensione legis pœnalis in materia conatus, conclus. 5. num. 133. Et quamuis Doctores videantur loqui specialiter ratione delicti noui superuenientis: at similiter potest reuocari ab Abbate, si alia iusta reuocandi causa superueniat, vt optime docet Decius *disto c. 1. num. 57. & 58. de confirmat. vtili.***

Quarto fallit, nisi beneficium regulare manuale conferatur per Pontificem clerico seculari: tunc enim semper censetur pleno iure, & in perpetuum esse concessum, atque ideo non potest absque legitima causa ei auferri. Sic Rebuffus *de pacificis possessoribus. n. 279. fine.*

Quamuis autem in prædictis casibus beneficium illud manuale transferatur ex collatione, aut confirmatione Pontificis in perpetuum, non tamen perdit omnino naturam manualis, sed vbi semel vacarit, redit ad pristinam beneficij manualis naturam, & sic est deinceps ad nutum superioris reuocabile. Atque ita docent Antonius c. porreclia. num. 2. de confirmat. vtili, & ibi Imola num. 2. vers. quid autem. Lapus allegat. 9. num. 4. & ibi Mandosius in additionibus lit. G. Felinus c. in nostra. corol. 40. num. 45. notab. 9. de rescriptis. Selua beneficiorum 3. p. q. 11. num. 131. Rebuffus allegatus num. præced. Milis in repertorio. *verb. beneficium. num. 26. vers. beneficium manuale.*

Et quamuis regularis ille, cui beneficium manuale collatum est ex certa scientia, vel confirmatum à Papa, sit ab Abbate iurisdictione exemptus in hoc, vt nequeat ab illo ad libitum remoueri, aut de viribus illius collationis, aut confirmationis cognosci: in reliquis tamen manet ius superioris illius illatum, & ita permutatio, & renunciatio illius beneficij eius auctoritate fieri debet. Et ita docent Abbas c. ad nostram. num. 6. de confirmat. vtili, & c. porreclia. num. 4. eodem tit. Decius eo c. ad nostram, in noua edit. num. 11. Milis in repert. *verb. religiosus. num. 4. vers. religiosus non potest consentire. Rebuffus de pacificis possessoribus. num. 284.*

Demum duo obseruanda sunt. Prius est, non sufficere collationem illam, aut confirmationem beneficij illius manualis fieri motu proprio à Pontifice, vt deinceps nequeat ad nutum superioris reuocari: sed opus est hæc fieri ex certa scientia, quia est motus proprius tollat defectum subreptionis, at non supplet defectum intentionis, quæ in dubio est nolle beneficij illius naturam variare. Et sic docent Imola c. consiliu. num. 11. de rescriptis, & ibi Felinus num. 10. & c. per tuas. num. 4. de maior. & obedientia.

Posterius est, quando dicantur collatio, & confirmatio ex certa Pontificis scientia fieri. Et primo sic fieri dicuntur, quando apponitur clausula, ex certa scientia: quod ex se constat, & docent Glossa finalis Clem. 2. de rescript. & c. statum. *verb. litterarum. eodem tit. in 6. Decius c. porreclia. in noua edit. num. 15. de confirmat. vtili, & omnes.* Secundo fit collatio, & confirmatio ex certa scientia, quando Pontifex dicitur, non obstantibus porreclia, argum. &

c. vnic. de excessibus Prælat. in 6. & ex c. nonnulli, cum ibi notatis, de rescript. Et ita docent Antonius eo c. porreclia. num. 2. Ioan. Andr. num. 3. Hostiensis ad fin. Abbas fin. Decius latius probans num. 14. Felinus c. consiliu. n. 10. de rescript. Tertio fit ex certa scientia, quoties emanat secunda iussio, ea enim habet vim clausula, ex certa scientia. Sic Anton. Ioan. Andr. Hostiensis, Abbas, Felinus ibidem. Quarto, quando totus rei confirmatæ tenor exprimitur Pontifici, & ipse postmodum confirmat. c. penult. de confirmat. vtili. Sic Decius eodem n. 15. Abbas c. 1. num. 6. de confirmat. vtili. Vltimo, quoties ex narratis Pontifici comprehenditur concessionem esse factam ex certa ipsius scientia. Ratio est; quia in hoc sola Principis voluntas attenditur; & cum in tali voluntate declaranda non sit data certa forma, sufficit quocumque modo colligatur. l. certum. *ff. si certum petatur.* Atque ita colligitur ex Glossa c. postulat. 5. præterea. *verb. ex certa scientia, de officio delegat. & alios referens tradit Decius eo c. porreclia. numero 15. Et tandem in dubio incumbit onus probandæ certæ scientiæ impetranti, quia est præsumptio contra illum; facit cap. vt nostrum, vt ecclesiastica beneficia, & l. sue. C. de probat. Sic Innocentius eo c. porreclia. num. vnic. Hostiensis ad fin. Ioan. Andr. num. 3. Abbas fin. Decius in noua edit. num. 9. & 10. Milis proxime allegatus.*

SVM MARI VM.

Quid sit visio beneficiorum, & quando temporalis, quando perpetua sit. n. 145.
 Quotuplex sit visio. num. 146.
 An Episcopus possit vniere Ecclesias, & beneficia sue diocesis, quamuis nondum consecratus sit? numero 147.
 An possit vniere loco religioso, quamuis Ecclesia, aut beneficium nondum vacent? n. 148.
 Quid sit collatio deuoluitur ad Papam ratione negligentia Episcopi? n. 149.
 Quid si beneficia sint reseruata? n. 150.
 Quid si beneficia sint exempta à iurisdictione Episcopi? numero 151.
 Quid si visio non sit perpetua sed ad vitam? n. 152.
 An vicarius Episcopi possit vniere? n. 153.
 Quid si habeat ex speciali commissione potestatem conferendi beneficia cum clausula generalis? n. 154.
 An Capitulum sede vacante hoc possit? n. 155.
 An Archiepiscopus hoc possit? n. 156.
 An delegatus possit referre quadam sententia. n. 157.
 Proponitur sententia auctoribus. n. 158.
 An Abbates, & alij Prælati inferiores hoc possint? Referuntur quadam sententia. n. 159.
 Explicatur sententia auctoribus. n. 160.
 An requiratur causa iusta, & qualis ad hanc vniorem? numero 161.
 An requiratur cognitio illius causæ? n. 162.
 An citandi sint omnes, quorum interest? n. 163.
 An exigatur consensus Capituli, quando vni Episcopus? numero 164.
 An is consensus debeat necessario precedere? n. 165.
 An quando vni legatus à latere, exigatur consensus Capituli? num. 166.
 An si illa Ecclesia sit subiecta Prælati inferiori, exigatur eius, & sui Capituli consensus, & Capituli Ecclesie cathedralis? num. 167.
 An quando vni Episcopus, exigatur consensus patroni? numero 168.
 Quid quando vni legatus à latere? n. 169.
 An satis sit consensus patroni, atque Prælati illius inferioris subsequi? n. 170.
 An consensus rectoris, seu possidentis beneficium nondum vacans, vel si illud vacet, defendens illius, exigatur illius sine citandi, vt vni rector fiat? n. 171.
 An in vniore hac faciendæ exigatur tractatus? n. 172.

Quarto